

diderit, Eucharistiae sumptionem infantibus necessarium esse ad salutem, ut recte probat Card. Bona lib. 2. *Rerum liturgic. c. 12.*

XLVIII. Datum quoque fuit Neophytis *lac & mel* cuius ritus non obscure meminit Tertullianus *De Corona militis. c. 3.* ibi referens quid in Baptismate ageretur ait: *ter muigamur amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit. Inde [ex aqua] suscepti LACTIS & MELLIS concordiam praegustamus.* Ejusdem ritus meminit quoque lib. 1. *contra Marcionem*, dicens quod per LACTIS & MELLIS societatem Christus suos infantibus laetor.

Hinc illud Canonis 40. in Codice Ecclesiae Africanae: *Primitiae vero, seu lac & mel, quod uno die solemnissimo in infantium mysterio: solet offerri, quamvis in alteri offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, ut in Sacramento Dominici Corporis & Sanguinis distinguantur.*

XLIX. Haec verba ad *mysterium infantium*, non significant, *lac & mel* solum infantibus & non adultis recenter baptizatis datum fuisse; sed quod daretur Neophytis ad indicandum mysterium *infantium*, hoc est, ut per hoc indicaretur recenter baptizatis, quod per baptismum omni malitia & dolo depositis, debeant temper infantium simplicitate conservare, juxta illud S. Petri ad Neophytos: *Quasi modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite.*

L. In antiquo Ordine Romano extat specialis benedictio *lactis & mellis*, his verbis: *Benedic Domine has creaturas lactis & mellis, & pote famulos tuos fonte perenni, qui est spiritus veritatis, & emittit eos de hoc lacte & melle.* Deinde subiungit: *Tu enim Domine promissisti Patribus nostris Abraham, Isaac, & Jacob dicens: Introducam vos in terram re promissionis, terram fluentem lac & mel.* Quibus verbis indicatur alia ratio mystica, nimirum quod baptizati relicto Aegypto, id est, gentilitate ingrediantur in Ecclesiam, terram fluentem lacte & melle; id est, omnibus deliciis spiritualibus.

Tandem subjicitur oratio qua indicat, *lac & mel* fuisse in unum commixta. *Conjunge Domine famulos tuos, spiritu charitatis & pacis, sicut conjunctum est hoc lac & mel, in Christo Iesu Domino nostro.*

LI. Propter recens baptizatos Ecclesia in festis Paschalis ingentia laetitiae signa jam pridem exhibuit; ut propterea objicenti cuidam: *ipsum Dominum post lavacrum, statim tentationes circumsteterunt, quadraginta diebus, jejunis functum.* Ergo & nos, *a lavacro potius jejunare oportet;* respondit Tertullianus lib. *de Baptismo c. 20* Et quis enim prohibet, nisi necessitas gaudii & gratulatio salutis. Et auctor Sermonis 163, de tempore inter sermones Augustini; nunc 168. in appendice ad tomum 5. operum Augustini, ait: *Hic igitur dies est, Dilectissimi, quem fecit Dominus, ut audistis celsior cunctis, lucidior universis, in quo sibi novam plebem, ut ipsi videtis, regenerationis spiritu conquirit, in quo singulorum mentes gaudii & exultatione perfudit.*

Neque laetitia signa in Officio Divino tempore Paschali alio tendere, quam ad demonstrandum gaudium de nova generationis prole, jam pridem expressit Rubertus Abbas lib. 7. *De Divinis Officiis* 11. ubi ait: *Quia nox illa sacratissima in qua jam, ut dictum est, prima resurrectione resurgunt, qui baptizantur, novi Ecclesiae filii, protinus, tamquam de salicibus direpta nostra certatim organa, perfulant alleluja sicut & reliquum hujus diei officium, maxime baptizantium est exultatio, eo quod prima, ut dictum est, resurrectione jam consurrexerunt cum Christo.*

Pluribus haec prosequitur Iosephus Vicecomes de antiquis Baptismi ritibus lib. 5. c. 48. ostenditque in signum majoris gaudii ac laetitiae spiritualis, septem dies Paschales *Festos* olim fuisse; uti & Pentecostales; atque exinde apud nos etiamnum hodie *Octavus* superesse.

## CAPUT IV.

## De Patrinis &amp; obstetricibus.

1. *Catechista Catechumenarum olim dicti Sponsores.*
2. *Interdum etiam Susceptores dicti.*
3. *Quando alius in baptismo, alius in Catechismo Susceptor adhibitus fuerit, incertum.*
4. *Primitus soli viri in Baptismo virorum, & sole mulieres in Baptismo mulierum adhibebantur: & quare?*
5. *Quando, & quare haec disciplina mutata?*
6. *Susceptorum officium olim fuit Neophytis ad Baptismum praesentare.*
7. *Hippos baptizatos egredientes e fonte Baptismatis suscipiebant: & quid huius ritus hodie respondeat?*
8. *Qui curam Neophytorum ante Baptismum habuerat, eam post baptismum continuare debeant.*
9. *Hodie Patrinorum officium circa curam baptizatorum ferè unice versatur.*
10. *Monitum Concilii Colonienfis de hac obligatione, eamque omnes Synodi Belgicae inculcant.*
11. *Pastores attendere debent quos in Patrimos admittant.*
12. *Qui ab hoc munere recipiendi?*
13. *Eligendi potius, qui animae prolium, quam qui inopia consulere possunt.*
14. *Patrimi non desuntur suo munere dando munusculum.*
15. *Quid circa muneris dationem Edictis Caroli V. hic in Belgio decretum fuerit.*
16. *Parochi alicujus Ecclesiastici & Monachi non facile officium Patrimi assumere debent & quare.*
17. *Parentes olim suas proles offeriebant ad Baptismum.*
18. *Quomodo, & quare id fuerit vetitum?*
19. *Epistola suppositiva Papa Deusedi mutata disciplina occasionem forsitan dedit.*
20. *Obstetricis ad procurandum Infantibus Baptismum concurrunt: & quid de his decreverit Synodus Mechliniensis.*
21. *Obstetricis non admittenda nisi a Pastore loci examinata & instructa.*
22. *Synodorum Decreta confirmantur Principes, voluntque in eam admittance intervenire Magistratus loci.*
23. *Obstetricis quam curam adhibere debeant circa proles ex illegitimo concubitu, earumque matres.*
24. *Obstetricis instruenda circa formam & materiam Baptismi.*
25. *Quid agendum, si mulier gravida antequam pariat moriatur ut proli Baptismus conferri queat.*

I. EX dictis capite praecedenti intelligi potest, olim nonnullos fuisse instructioni & directioni catechumenorum specialiter intendentes; qui ipsos Catechumenos, cum tempus Baptismi instaret, ad Episcopum adducerent, sive praesentarent, à Tertulliano de *Baptismo c. 18.* *Sponsores*, & ab aliis frequenter *Fidei iussores*, aut etiam *Fidei dictores*, tamquam qui de fide ac sufficiente instructione Catechumenorum fidem darent vel sponderent, vel subinde Offerentes dictos, eo quod Catechumenos ad Baptismum offerrent.

II. Nonnumquam & *Susceptores* appellabantur, eo quod Catechumenos ex aquis Baptismalibus exeuntes susciperent abluerent, & vestirent. Hinc illud S. Basilii ad Posthumianum *Epist. 128.* *Primo Baptismate initiatus es, ad pietatem; utinam te e sacro fonte levassent.*

Erin antiquo Ordine Romano post datum Baptismum jungitur: *Et sint parati qui eos suscipiunt sunt cum lineis*, in manibus eorum, & accipiant ipsos à Pontifice & Presbyteris vel Diaconibus qui eos baptizant.

III. Gratianus sub nomine Higinii Papae *Dist. 4. De Consecrat. Can. 109.* refert: *In Catechismo & in Baptismo & in Confirmatione unus Patrimus fieri potest; si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singuli suscipiunt,*

Si Decretum hoc Higinio Papae, qui ledit saeculo 2, adscribi posset, exinde haberemus, etiam antiquitas in Baptismo & in Catechismo diversos fuisse Patrimos, seu susceptores. At cum omnibus vel partem eruditus hodie compertum sit, Decretum illud Higinio Papae adscribi non posse, nihil pro hujus disciplinae antiquitate ex illo elici potest. Sed nec apud pristinos Scriptores, aut in antiquis Canonibus quidquam occurrit, quod vel insinuet antiquitus solitum fuisse, alium in Baptismo, alium in Catechismo Patrimum adhiberi.

Quin tamen interdum contingeret, ut alius instructioni Catechumini praesentet, eum que ad Baptismum offerret; ac alius tempore Baptismi accederet, qui eum de aquis Baptismatis emergentem susciperet vel levaret; & curam illius post Baptismum susciperet, dubitari nequit; sed nulla de eo specialis lex aut disciplina apud antiquos occurrit.

IV. Cumque frequens esset adultorum Baptismus; ac totum penè nudum immergerentur aquis Baptismatis, etiam plerumque viri viros, & mulieres feminas de Baptismo suscipiebant; ut colligitur ex antiquo auctore Constitutionum Apostolicarum lib. 3. c. 16. ubi ait: *Deinde aut tu Episcopo Presbyter tuus qui sub potestate tua est facta super eos nominatim sacra invocatione Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, baptizabis. Ac virum quidem suscipiat Diaconus, conus mulierem verò Diaconissa, ut honestè & à quibus decet fiat signum infractum.*

Quin & olim mulieres electas fuisse, quae etiam mulierum baptizandarum instructioni, ac Catechismo praesentent; omniaque peragerent circa Neophytas mulieres, quae Diaconi circa Neophytos viros, multis offendit Morinus de SS. *Ordinat. parte 3. Exercit. 10. c. 3.*

V. Postquam verò Baptismus adultorum rarior, & parvulorum frequentior esse cepit, ipseque Baptismus per infusionem aut immersionem alicujus dumtaxat partis corporis conferre, etiam mulieres in matris masculorum, & viri in Patrimos puellarum admissi sunt.

VI. Horum susceptorum munus sive officium multa olim complectebatur.

Primum, uti ex Patribus notissimum est, & observat Iosephus Vicecomes De antiquis Baptismi ritibus lib. 1. c. 31. horum munus erat, Neophytos ante Baptismum fidei mysteriis imbueret; vitamque Christianam normam docere; atque sufficienter instructos Episcopo ad Baptismum offerre.

Hinc forsitan hodiernus ritus in administratione Baptismi habet, ut juxta praescriptum Ritualis Mechliniensis Presbyter baptizandus interroget Patrimos, *Quid petitis?* quo non obscure inani videtur, *Patrimorum* esse, baptizandos ad Baptismum offerre.

VII. Posthaec, ut jam dictum est, hi ipsos baptizatos e fonte Baptismatis egredientes suscipiebant, & complectebantur; vestique candida operiebant; & propterea *Susceptores* dicebantur.

Hujus ritus vestigium in hodiernis Ritualibus apparet, ubi praescribitur, ut tempore quo infans baptizatur, sacerdos jubeat *Patrimum vel Matrimam vel utrumque (si ambobus admittantur infantem suscipere)* APPONERE MANUM baptizando: quali nimirum hoc pacto ipsum infantem de fonte susciperent & levarent.

Imò hac sola manuum impositione verum Patrimum effici; ac contra hi cognationem spirituales inde resultantem communiter creditur; quae dere latius infra ubi de impedimento Matrimonii ex hac cognatione spirituali resultant agitur.

VIII. Qui verò ipsos baptizandos ante Baptismum instruxerant, & tamquam sat instructos & ritè dispositos Episcopis baptizandos obtulerant; seque quali *Fides* pro rectorum illorum fide, & vitae Christianae desiderio constituerat, illos non mox à suscipere Baptismo deserebant sed in suam curam recipiebant; ut hoc pacto sponsonem suam liberarent; quod vel praecipue cum infantes baptizarentur exigebatur.

Saeculo 9. Concilium Parisiense VI. lib. 1. c. 19. eandem obligationem in Patrinis & Parentibus naturalibus agno-

scit: *Vi parentes, ait, filios suos, & patrimi eos quos de fonte lavacri suscipiunt, erudite summo opere studeant; illos, quia eos genuerunt, & eis à Domino dati sunt; & istos, quia pro eis fidei iussores existunt.*

IX. Cum vero hodie infantum Baptismus hic frequens sit; imò ferè solus administratur, etiam officium Susceptorum seu Patrinorum potissimum in eo versatur; ut baptizatis infantibus, cum ad aetatem legitimam & usum rationis pervenerint, curam omnem impendant; ut in fide Catholica ritè instruantur; & innocentiam Baptismalem integram conferant.

X. Susceptores infantis (Patrimi qui dicuntur) merito admonentur (ait Synodus Colonienfis anno 1536. p. 7. c. 4.) quod ipsi sint qui Ecclesiae nomine, & in Ecclesiae fide Christi parvulos offerant per Baptismum, ac se pro memodum pro parvulis fidei iussores constituent, non ine parvuli respondentes: quem etiam postquam adoleverint, Symbolum simul & Orationem Dominicam edoceant, atque vitam Christo ac professione in Baptismo facta dignam perpetuo agere, saltem ubi id necessitas poscere videbitur, cohortari non omittent.

Similiter Synodus Biscoducensis sub *Masio. 3. c. 6.* vult, ut *moneant Pastores, ut quicumque viri, quaecumque femina proles de sacro fonte spiritualiter susceperint, cognoscant se fidei iussores pro iis apud Deum extitisse, & in deo super eos sollicitudinem verè charitatis impendant, & ad moneant, ut castitate custodiant virginitatem usque; ad nuptias servent, cantica turpia vel luxuriosa ex ore non proferant, non superbiant non invident, à maledictione & perjurio linguam custodiant, &c. quae fuisse persequitur August. *Serm. De Resurrex.* ad quem Pastores remittimus.*

Sermo, ad quem haec Synodus remittit, aliquando inter Sermones S. Augustini relatus fuit; sed in ultima Operum Augustini revisione tanquam suppositus in appendicem tomii quinti rejectus est; constituitque; ibid. *Serm. 168* notatque eruditi Revisores, partem posteriozem. in quae citata verba continentur, Caesarii Arelatenfis stylum referre.

Quidquid sit, hanc Patrinorum obligationem omnes passim Synodi Belgicae inculcant; Patrimosque de illa à Pastoribus ferè monendos volunt.

XI. Quia autem Susceptores sponsores sunt pro iis qui baptizantur, fidei ac vitae Christianae quam illi debent, ac proinde ut rectè instruantur, paternam in se curam recipiant, videant Pastores (verba sunt Synodi Audomarenfis an. 1585. tit. 3. c. 6.) quibus tenellas Christi oviculas, credant; caveantque; ne quosvis ad hoc officii admittant, & parentes moneant, ne quosvis promiscue eligant veram eos tantummodo; de quibus probabile fiat fore ut praesent id quod promittunt Alienum enim est, recens in Christo renatis oviculis ejusdem in Christo parentes aut dare aut admittere, de quorum paterna sollicitudine spes verisimilis non concipiatur.

XII. Deinde tamquam consequens infert: *Rejiciantur proinde ab hoc munere quicumque haeretici, quicumque; excommunicati, quicumque; notorie criminosi, & scandalosè viventes; rursus ii qui ipsimet nesciant ea, quae docere oporteat neophytum, & qui per aetatem aut mentis inopiam ipsi notitiam non habent fidei iussoris ejus ad quam se offerunt, denique alii quicumque à quibus fidei liberatione, exonerationemque; vero similiter non expectant.*

Idem inculcat Synodus Mechliniensis anno 1609. & addit: *Eademque cautio sit de Commatibus, cui & aliae Synodi passim conveniunt.*

XIII. Monet autem citata Synodus Biscoducensis c. 7. *Fideles in Baptismo filiorum suorum eos potius Patrimos, & Matrimas eligant, qui eorum animam consulere, quam qui inopia subvenire possint.*

XIV. Et quia *persuadent sibi quidam (ait citata Synodus Audomarenfis c. 7.) sponsonem suam se fecisse satis, si munus aliquod post Baptismum offerat baptizati parentibus, quod quasi ad educationem institutionemque pro-*

lis serviat: idcirco consultum foret abrogare profusil-

XV. Edictum Caesareum, cujus meminit Synodus, edi-

Verum hujus Edicti rigorem idem Carolus edito De-

Et licet nec hoc Edictum hodie observetur, interim ex

Addit nihilominus praedicta Synodus: Porro prohi-

XVI. Instructio seu Decreta pro Pastoribus civitatis &

Canon, cujus autoritate utitur hoc statutum, est 103.

Declarat Synodus Gandensis t. 3. c. 8. innovata in De-

De Parochis vero haec habet: Et ne parochi alique cu-

XVII. Parentes olim proles suas praecipue parvulas ad

Evidenter hic supponitur, ordinari parentes filios suos

Idipsum clarioribus verbis expressit S. Caesareus Acla-

tensis Episcopus saeculo 6. Homilia 12. inter editas a Step-

XVIII. Pluribus id probat Iosephus Vicecomes de an-

Verisimilius crediderim, parentibus officium Patrini in

XIX. Meminit quidem illius impedimenti epistola qua

XX. Cum obstetrices non parum concurrant ad Baptis-

XXI. Similiter Synodus Provincialis Cameracensis se-

XXII. Decreta utriusque Synodi Provincialis illarum

XXIII. Si aliquando contingat prolem illegitimam ad-

ferri ad aedes patris nolentes eam pro sua agnoscere, talis

proles, inquit Decreta Gandensis sub Antonio Triest.

XXIV. Et quia experientia docet, obstetrices aliasque

XXV. Praeterea, cum summum discrimen sine Baptis-

Porro cum non raro contingat, nullum in Parochia

CAPUT V. De Purificatione post partum.

- 1. Lex Moisaica quid praescripserit mulieribus parturientibus?
2. Diva Virgo huic legi se ex humilitate subiecit, atque huic Festum Purificationis.
3. Solebant mulieres honorare puerperium Diva Virginis, quod in his Synodis VI.
4. Quid agerent Fideles?
5. Quare id in his Synodis: Et quid puerperium ad mensum Synodi?
6. Mulieres Novi Testamenti legi purificationis non subiectae, et quare?
7. Pium tamen est, ut mulieres a partu aliquo tempore ab ingressu Ecclesiae abstinere; et hodie mulieres Catholicae aliquo tempore abstinere; et non nisi purificatae intrant.
8. Purificatio fieri debet in Ecclesia Parochiali; et a proprio Parocho.
9. Sententia Sacrae Congregationis Cardinalium super hoc jure Parocho.
10. Sententia hac de mandato Episcopi Antverpiensis publicata, cum inhibitione facta Regularibus mulieribus purificandi.
11. Decretum Synodi Cameracensis huic sententiae conforme.
12. Quo ritu mulieres in templum introducuntur?
13. Ex ritibus partu purificationem fieri ad exemplum Diva Virginis.
14. Mulieres solent Sacerdoti munusculum offerre; et quare?
15. Mulieres nunquam possunt extra Ecclesiam aut per subsuntias purificari.

Iuxta legem Moisaicam, de qua cap. 12. Levitici, Mulier, si suscepto semine pepererit masculinum,

immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruae. Et die octavo circumcidetur infantulus; ipsa vero triginta trib. dieb. manebit in sanguine purificationis suae. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleatur dies purificationis suae. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duobus hebdomadibus juxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suae. Cumque expleti fuerint dies purificationis suae, pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbae sive turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, & tradet Sacerdoti, qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur a profusio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculinum aut feminam. Quod si non invenit mater vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato: orabitque pro ea facturus, & sic mundabitur.

Mulier interea ingredi sanctuarium seu templum non poterat, donec impleantur dies purificationis. II. Diva Virgo, et hinc legi non subiecta, quia non suscepto semine pepererat; nihilominus voluntarie & ex humilitate se subiecit; eamque legem subivit: ut legitur Lucae 2. Atque hinc originem sumpsit festum Purificationis B. Mariae Virginis; quod circa tempora Justiniani Imperatoris institutum fuisse notat Baronius in notis ad Martyrologium ad diem 2. Februarii.

III. Occasione hujus festi consuetudo ex quadam plebeia ignorantia invaluerat saeculo 7. ut hoc die homines placentias sive simsam coquerent, ac sibi mutuo mitterent, honoris scilicet praetextu PUERPERII impellente Virginis Matris, ait Canon. 79. Synodi VI. sive Trullanae, adjungens: Statuimus, ut deinceps nihil tale fiat a Fidelibus.

IV. Exponens hunc Canonem Zonaras ait: Nonnulli, si se in eo semper Virginis ac Dei Matris honori aliquid deferre existimantes, die qui sanctam Christi Natalis festivitatem proximè consequitur, quaedam facere soliti sunt, ex eis quae in aliarum quoque mulierum puerperio agi consueverat.

Mulieres autem consueverant propter periculi & doloris evasii gaudium, convivia cum ferculis & placentis facere.

V. Hoc ergo cum etiam in honorem Virginis agerent; atque ita indicarent. Divam Virginem ad instar aliarum mulierum puerperio fuisse obnoxiam, Patres Synodi sextae id praesenti Canone fieri prohibent: Absque sitentes, ut qui sine semine constitutus sit: idque toti gregi annuntiantes, eos qui ex ignorantia faciunt quod non decet, correctioni subijcimus.

Puerperium [de quo in praesenti Canone] est [ait Zonaras] emissio foetus, quam doloris sensus ac profluvium sanguinis comitantur: quibus quidem malis nullatenus obnoxiam fuisse Deiparam credimus.

VI. Porro sicut Deipara ob rationem jam dictam legi purificationis subiecta non fuit; similiter mulieres novi Testamenti, tamen puerperio omnibusque quae illud consequuntur, non secus ac mulieres veteris Testamenti subiectae, hac lege caeremoniali non constinguntur: quia, ut ait Innocentius III. in Cap. unico de Purificatione post partum. Licet secundum legem Moisaicam certi dies determinati fuissent, quibus mulier post partum a templi cessaret ingressu, lex per Moysen data est, gratia & veritas per JESUM CHRISTUM facta est.

Hinc ulterius infert & respondet Archiepiscopo Actachano, quod postquam umbra legis evanuit & illuxit veritas Evangelii: si mulieres post prolem emissam acturae gratias Ecclesiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole gravantur, nec Ecclesiarum est eis aditus denegandus, ne poena illis converti videatur in culpam.

Et sub nomine S. Gregorii refertur Can. 2. dist. 9. Si mulier